



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **De Sanctissimo Christi Iesv Dei Et Hominis Amore**

**Le Gaudier, Antoine**

**Coloniae Agrippinae, 1620**

Perfectio amoris Christi intensiua vnde oriatur, & quænam sit. cap. 12.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50572](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50572)

riam cum inauditis cruciati-  
bus perpetuam felicitatem  
commutavit.

PERFECTIO AMORIS CHRISTI

intensiva unde oritur, & quæ  
nam fit.

CAPVT XII.

**H**ic perfectioni substan-  
tiali æstimatiui amoris  
accedere solet accidentalis,  
nimirum intensio, feruor, a-  
lacritas, & deuotio, tum quia  
ea est natura amoris actus, vt  
per se feruere soleat, nisi im-  
pediatur, tum quia Christi  
Domini amabilitas, familia-  
ritasque, & facilitas præsen-  
tiæ eius, ipsa obiecti cognatio  
cum natura nostra, sensibili-  
ter nos quodammodo efficit,  
& ipso veluti sensu intendit

amo-

amorem: dependet enim hæc perfectio non ex cognitione maiori intellectus, sed plerumque ex coniunctione naturali cum re amata, vel eius apprehensione per sensus; nam inde fit, vt voluntas conatur in amando intendat, fortiusque in rem amatam trahatur, sic experimur nos diligere parentes & benefactores, bonaque omnia creata quæ sub sensus cadunt, & affectum naturalem in parte etiam inferiori commouere solent, quo voluntas directè non tam ad amoris substantialem perfectionem innati, quam accidentalem, quæ tamen ipsa magni est momenti; vn-

de &

de & optari petiq; à Deo potest, est enim donum eius magnum, cum occasionem præbeat plus illum amandi, & indirectè sæpe æstimatiuum amorem promoueat, vnde videmus fieri non raro, vt quæ sub sensum cadunt bona creata æternis præponamus. Quare, ideò **CHRISTVS DOMINVS** naturam nostram sumpsit, vt hæc etiam perfectio nostro amori non deesset, & sane **SPIRITVS SANCTVS** in diuinis literis satis nobis ostendit, quam id sit facile quando tum multis locis, tum præcipuè in canticis **CHRISTVM** vocat sponsum,

---

fratrem,

*Cant. 8*

fratrem, amicum, patrem, Regem, Ducem, & alijs id generis titulis, quos experimur inter homines valere plurimum ad summam affectus intensiorem amorisque fauorem & familiaritatem. Debeatur hæc amoris excellentia legi amoris. Quare ideo etiam Deus in hac lege longè plures, maioresque huius amoris actus exegit. hinc enim tantus Christianorum ardor in bonis pro Christo contemnendis, in exilijs, in martyrijs, & tormentis sæuissimis perferendis, in defendendis pro Christo ipsis parentibus, quos tanto tamque intenso amore prosequimur, & omnibus bonis creatis nihil

facien-

faciēdis. hic enim est ille veris-  
sim<sup>o</sup> gladius quo Christus cre-  
ata omnia à nostro corde, vt  
separaret, in homines misit.

QVOMODO DEVS PATER  
Filium suum Christum summe dili-  
gendo nos pariter ad diligen-  
dum eum prouo-  
cet.

## CAPVT XIII.

**V**T meliùs excellentem  
hanc amoris **CHRISTI**  
formam capiamus, operę pre-  
tium est illam contemplari.

In alijs omnium prototy-  
pus & exemplar primarium  
est Deus ipse pater, cuius a-  
mor quo filium suum vnige-  
nitum Deum & hominem  
prosequitur, est omnino inæ-

stima-